



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. De crimine hæresis, & quis dicatur hæreticus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

menta, quibus impugnari possint Christiani &c, sub pœna scil. non tantùm juris communis, sed bullaris etiam excommunicationis, quæ, quomodo observentur praxis docet. Mer-

cimoniorum tamen causa, & ad liberandos captivos in eorum terras, et currere non prohibetur. Videatur Auctor Metho. in hoc §,

TITVLVS VII.

DE HÆRETICIS.

SECTIO I.

De crimine hæresis, & hæreticis in genere.

§. I.

De crimine hæresis, & quis dicatur hæreticus.

Hæresis communiter definitur, quòd sit error (sive iudicium erroneum intellectus) voluntarius, quem quis pertinaciter tenet, contra aliquam veritatem fidei catholica, quam suscepit seu professus est. & hinc habendus hæreticus formalis non est, qui vel assensum erroneum, contra fidem cognitam, non habet, ignorans invincibiliter, quæ veræ fidei sunt, vel non liberè, quamvis multas contra fidem patiat in vitis tentationes, vel non pertinaciter, paratus meliora sentire, si melius instruat, vel negat fidem, quam nunquam suscepit, qui potius ad infidelium classem, quam ad hæreticorum pertinet &c.

§. II.

De quibusdam, de quibus dubitari potest, an sint propriè hæretici, nec no.

Qui positivè dubitat de aliquo articulo fidei, quem scit ab Ecclesia definitum esse, pertinaciter iudicans, non esse certam illius veritatem, verò propriè hæreticus, vel infidelis est; cum enim sit de fide, quòd omnes articuli fidei sint certissimi, hic autem de aliquo, quem scit articulum fidei, positivè & pertinaciter dubitet, an illi non dubit sit falsum, consequenter hæreticus est, vel infidelis: si tamen negativè tantum dubitet, suspendens omne iudicium, ut nec assentiatur, nec dissentio obijcto fidei, hæreticus dici non debet, cum talis nullum iudicium habeat, de articulo fidei proposito, & consequenter necessitatem habet, modò suspensio talis non sit virtualis dissensus, nec dubium illius proveniat ex ignorantia vincibili. Plura de hac re etiam Theolog. suggerent.

SECTIO